SPECIAL COLLECTIONS
DOUGLAS LIBRARY
QUEEN'S UNIVERSITY AT KINGSTON
KINGSTON ONTARIO CANADA

Magna Charta

LIBERTATUM

CIVITATIS *DUBLINI.*

CAROLO LUCAS Cive libero Editore.

DUBLINI:

Typis JACOBI ESDALL, in Vico *Cork-Hill*, 1749.

HC 90.1749.1853



Magna Charta

LIBERTATUM

CIVITATIS *DUBLINI.*

1 **Edwardus**, Dei Gratia, Rex *Anglie*, et *Francie*, et Dominus *Hibernie*; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiarijs, Vicecomitibus, Prepoſitis, Miniſtris, et omnibus
2 Ballivis, et Fidelibus Suis, SALUTEM: **Inſpeximus** Cartam *Henrici* Sexti, nuper Regis *Anglie*, Predeceſſoris noſtri, nuper factam, in hec Verba; **Henricus**, Dei Gratia, Rex *Anglie* et *Francie*, et Dominus *Hibernie*; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiarijs, Vicecomitibus, Prepoſitis,

G Miniſtris,

Miniſtris, et omnibus Ballivis, et Fidelibus Suis,
3 Salutem: Inſpeximus Cartam noſtram de
Confirmatione, ſub Magno Sigillo noſtro Terre
noſtre *Hibernie* ſigillatam, factam in hec verba;
Henricus, Dei Gratia, Rex *Anglie* et *Francie*,
et Dominus *Hibernie*, univerſis & ſingulis Ar-
chiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus,
Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiarijs,
Vicecomitibus, Majoribus, Superioribus, Prepo-
ſitis, Ballivis, Miniſtris, et alijs Fidelibus Suis,
4 Salutem: Inſpeximus Cartam Confirmatio-
nis, quam Dominus *Henricus* quartus, nuper Rex
Anglie, Avus noſter cariſſimus, ſub magno Sigillo
ſuo *Anglie*, fecit, in hec verba; Henricus, Dei
Gratia, Rex *Anglie* & *Francie*, & Dominus *Hiber-
nie*; omnibus, ad quos *preſentes Littere* pervene-
5 rint, Salutem: Inſpeximus Cartam Domini
Richardi, nuper Regis *Anglie*, ſecundi poſt *Con-
queſtum*; ſub Sigillo, quo idem nuper Rex uteba-
tur in Terra ſua *Hibernie*, factam in hec verba;
Richardus, Dei Gratia, Rex *Anglie* & *Francie*,
et Dominus *Hibernie*; Archiepiſcopis, Epiſcopis,
Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Ba-
ronibus, Juſticiarijs, Vicecomitibus, Prepoſitis,
Miniſtris, et omnibus Ballivis, et Fidelibus ſuis,
6 Salutem: Inſpeximus Cartam Confirmatio-
nis, Domini *Edwardi*, nuper Regis *Anglie*, Avi
noſtri, factam in hec verba; Edwardus, Dei
Gratia, Rex *Anglie*, et Dominus *Hibernie* et *Aqui-
tanie*; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus,
Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſti-
ciarijs, Vicecomitibus, Prepoſitis, Miniſtris, et
omnibus Ballivis, & Fidelibus ſuis, Salutem:
7 Inſpeximus Cartam Confirmationis, quam
Dominus *Edwardus*, nuper Rex *Anglie*, pater
Noſter, fecit, in hec verba; Edwardus, Dei
Gratia, Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie*, Dux
Aquitanie; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus,
Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiarijs,
Vicecomitibus,

Vicecomitibus, Prepoſitis, Miniſtris, et omnibus
8 Ballivis, et Fidelibus ſuis, Salutem: Inſpexi-
mus Cartam, quam celebris Memorie Dominus
Johannes, quondam Rex *Anglie*, Proavus noſter,
fecit Civibus de *Dublino*, in hec verba; Johan-
nes, Dei Gratia, Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie*,
Dux *Normanie*, *Aquitanie*, Comes *Andegavie*; Ar-
chiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Co-
mitibus, Baronibus, Juſticiarijs, Vicecomitibus,
Prepoſitis, Miniſtris, et omnibus Ballivis, et Fi-
9 delibus ſuis, Salutem: Sciatis, nos conceſſiſſe,
& hac Carta noſtra confirmaſſe, Civibus noſtris de
Dublino, tam extra Muros, quam infra Muros ma-
nentibus, uſque ad Metas Ville, quod habeant
Metas ſuas, ſicut perambulate fuerunt per Sacra-
mentum proborum Virorum de Civitate pre-
dicta, per Preceptum Regis *Henrici*, patris noſtri;
10 Scilicet, ex parte Orientali de *Dublino*, et auſtriali
parte Paſture, que ducit uſque ad Portam Ec-
cleſie Sancti *Keyvini*; et ſic, per viam, uſque ad
Kilmerecaregan; et ſic, per Diviſam Terre de
Dunnebrock, uſque ad *Dothir*; et de *Dothir*, uſ-
que ad Mare; Scilicet, ad *Clarade*, juxta Mare,
uſque ad *Kynenelan*; in Occidentali parte de *Dub-
lino*, ab Eccleſia Sancti *Patricij*, per Vallem, uſ-
que ad *Karnanclonegunethe*; et exinde, uſque ad
Diviſam Terre de *Kilmenan*; et ultra Aquam de
Kilmenan, juxta *Avenalith*, uſque ad Vada de
Kilmehannock; et ultra aquam de *Avenalith*, ver-
ſus Boream, per *Enockneganhock*; et deinde, uſ-
que ad *Orea Sancte Trinitatis*; et de *Oreis* illis,
uſque ad *Furcas*; et ſic, per Diviſam inter *Clyn-
clyth* et *Crinan*; uſque ad *Tolekan*; et de inde,
11 uſque ad Eccleſiam *Sancte Marie* de *Houſmanby*: Et,
quod habeant omnes Libertates et liberas
Consuetudines Subſcriptas. Libertates au-
tem, quas eis Concessimus, ſunt hec; Scilicet,
12 Quod nullus Civis de *Dublino placitetur*, extra
Muros Ville de ullo placito, preterquam de pla-

citis de exterioribus Tenementis, que non pertinent
13 ad *Hundredam* Ville: Et, quod ſint *quieti* de *Mur-*
14 *dro*, infra Metas Ville: Et, quod nullus Civis
faciat Duellum in Civitate, de aliquo *Appello*, quod
quiſquis verſus eum facere poſſit; ſet, purgabit
ſe per Sacramentum quadraginta hominum ipſius
15 Civitatis, qui legales ſint: Et, quod nemo capiat
Hoſpicium infra Muros, per *Aſſiſam*, vel per *Liber-*
ationem Mareſcallorum, contra Voluntatem Civium:
16 Et, quod ſint *quieti* de *Theolonio* et *Leſtagio*,
Paſſagio et *Pontagio*, et de omnibus alijs Conſuetu-
dinibus, per totam Terram et Poteſtatem noſtram:
17 Et, quod nullus *Indicetur* de *Miſericordia* pecunie,
niſi ſecundum Legem *Hundrede*; ſcilicet, pro For-
isfactura quadraginta Solidorum; unde is, qui in
Miſericordiam inciderit, quietus erit de Medietate,
et aliam Medietatem dabit in Miſericordia, excep-
tis tribus Miſericordijs; ſcilicet, de *Pane* et *Servi-*
ſia et *Vigilijs*; que Miſericordie ſunt de duobus
ſolidis et ſex denarijs, unde Medietas condona-
bitur, et alia Medietas reddetur in Miſericor-
18 dijs: Et quod *Hundreda* Semel teneatur in Septi-
19 mana: Et, quod in nullo placito poſſit quis cauſari
20 per *Miſkeningam*: Et, quod juſte HABEANT
Terras et *Tenurias* et *Vadimonia* ſua et *debita*,
per totam Terram et Poteſtatem noſtram, ubi-
21 cunque ea debeantur: Et, quod poſſint *diſtringere*
22 Debitores ſuos, per *Namia* ſua, in *Dublino*: Et
quod de *Terris* et *Tenurijs*, quæ infra Villam
ſunt, *Rectum* eis TENEATUR, ſecundum Conſue-
23 tudinem Civitatis: Et, quod, de *Debitis*, que
accommodata fuerint in Civitate, et de *Vadimonijs*
ibidem factis, *Placita* in Civitate TENEANTUR, ſe-
24 cundum Conſuetudinem Civitatis: Et, quod, ſi
quis, alicubi in Terra, vel Poteſtete noſtra, ce-
perit *Theolonium* de Hominibus Civitatis; ſi non
reddiderit, poſtquam requiſitus fuerit reddere;
Prepoſitus Civitatis *capiat* inde *Namia* apud *Dubli-*
25 *num*, et *diſtringat* reddere: Et, quod nullus *ex-*

traneus

traneus Mercator emat, infra Civitatem, de Ho-
mine *extraneo*, *Blada* vel *Coria*, vel *Lanam*; niſi
26 de Civibus: Et, quod nullus *Extraneus* habeat
Tabernam de Vino, niſi in Navi; HAC autem Liber-
tate nobis *reſervata*, quod de qualibet Navi, quam
illuc cum Vinis venire continget, *Ballivus* noſter,
loco noſtro, *eliget duo Dolia Vini*, quocunque vo-
luerit in Navi; unum, ſcilicet, ante Malum,
aliud retro Malum, ad opus noſtrum, *pro qua-*
draginta ſolidis; unum, ſcilicet, *pro viginti ſolidis*,
et aliud *pro viginti ſolidis*; et nihil amplius inde
27 accipiet, niſi ad Gratiam Mercatoris: Et, quod
nullus *extraneus vendat Pannos* in Civitate, ad *De-*
28 *ciſionem*: Et, quod nullus *extraneus Mercator*
moretur in Villa, cum Mercibus ſuis, *pro Mercibus*
29 *ſuis vendendis*, niſi per quadraginta dies: Et,
quod nullus *Civis Dublinenſis*, alicubi in Terra,
vel Poteſtate noſtra, *namietur*, vel *diſtringatur* pro
30 aliquo Debito; NISI ſit *Debitor*, vel *Plegius*: Et,
quod poſſint *maritare* Se et Filios et Filias et Vi-
duas, ſine *Licentia Dominorum* ſuorum; et, quod
nullus *Dominorum* ſuorum, propter forinſecas
Terras, habeat *Cuſtodiam*, vel *Donationem Filio-*
rum, vel *Filiarum* ſuarum, aut *Viduarum*; ſet tan-
tum Cuſtodiam *Tenementorum* ſuorum, que ſint de
31 *Feodo* ſuo; donec Etatem habeant: Et, quod
32 nulla *Recognitio* fiat in Civitate: Et, quod HABE-
ANT omnes Rationabiles *Gildas* ſuas, ſicut Burgenſes
de *Briſtoll* habent, vel melius habere conſueverunt:
33 Et, quod nullus Civis *cogatur replegiare* Aliquem,
niſi ipſe voluerit; quamvis ſit ſuper Terram ſuam
34 manens. **Conceſſimus** etiam eis omnes *Tenu-*
rias ſuas, infra Muros et extra Muros, uſque ad
predictas Metas; ad *diſponendum* pro Voluntate
ſua, per *Communem Aſſenſum* Civitatis, in *Meſſua-*
gijs et in *Virgultis*, in *Edificijs* ſuper *Aquam* et
alibi, ubicunque fuerint in Villa; TENENDAS in
liberum Burgagium; ſcilicet, per ſervicium *Land-*
35 *gabeli* quod reddunt infra Muros. **Conceſſimus**
etiam,

etiam, quod quilibet eorum poſſit *ſe emendare*,
quantum poterit; in *Edificijs* faciendis, ubicunque
voluerit, ſuper *Ripam*; ſine *Dampno Civium* et
36 *Villate*: Et, quod HABEANT & POSSIDEANT om-
nes *Terras* et *Placeas vacuas*, que infra predictas
Metas continentur; ad voluntatem eorum edi-
37 ficandas. Conceſſimus etiam eis, quod neque
Templarij, neque *Hoſpitularij*, *habeant* aliquem
Hominem, vel aliquod *Meſſuagium*, *quietum* de
communibus Conſuetudinibus Civitatis, infra pre-
38 dictas Metas; niſi unum ſolum. HEC omnia eis
Conceſſimus, SALVIS *Tenurijs* et *Terris* om-
nium eorum, qui *Terras* et *Tenurias* habent et
Cartam noſtram, inde, extra Muros, uſque ad
predictas Metas; quod non poſſit Civitas, de *Ter-
ris* illis, ſicut de alijs, *diſponere*; ſet, faciant com-
munes Conſuetudines Civitatis, ſicut alij Cives:
39 DE ILLIS autem hoc DICIMUS, qui *Cartam* noſtram
habuerunt de aliquibus *Terris*, infra eaſdem Me-
tas, extra Muros, antequam predictas, Liberta-
40 tes et hanc Cartam Conceſſerimus. QUARE Vo-
lumus et firmiter Precipimus, quod pre-
dicti *Cives* noſtri de *Dublino*, et *Heredes* ſui poſt
ipſos, HABEANT et TENEANT omnes predictas
Libertates et *liberas Conſuetudines* ſuas, ſicut pre-
ſcriptum eſt, de nobis et Heredibus noſtris; ſicut
eas unquam melius et integrius habuerunt; *bene*
et in *pace* et *honorifice*, abſque omni *Impedimento*
et *Moleſtia*, quam aliquis eis inde faciat; ſicut
Carta, noſtra, quam eis fecimus, dum eſſemus
41 Comes *Moritonie*, rationabiliter teſtatur. PRETEREA
Dedimus et Conceſſimus, et hac Carta no-
ſtra Confirmavimus, eiſdem Civibus de *Dub-
lino*, et Heredibus eorum, Medietatem Aque de
Avenalith, ad piſcandum, cum omnibus ad eam per-
tinentibus; HABENDAM et TENENDAM, de Nobis
et Heredibus noſtris imperpetuum, *libere* et *quiete*
42 et *integre*. Confirmamus etiam eis omnes LI-
BERTATES, LEGES et LIBERAS CONSUETUDINES,
quas

quas habuerunt de Dono noſtro, dum eſſemus
Comes *Moritonie*, ſicut eas unquam melius et
43 liberius et integrius habuerunt. Et **prohibe-
mus**, ne quis eas, contra hoc, in aliquo *vexet*,
vel *diſturbet*, ſuper Foriſfacturam noſtram:
44 **Teſtibus** hijs, *S. Bathonienſi* Epiſcopo, *G. filij
Petri* Comiti *Eſſexie*, *R.* Comiti *Millit.* *Roberto
de Harecourt*, *Petro de Pratellis*, *Gaufredo de
Conſtantine*, *Willielmo de Cantelen*, *Richardo de
Riverijs*, *Roberto de Wancy*, *Gaufredo de Marriſco*,
Roberto de Placeto: **Datum**, per Manum
S. Archidiaconi *Wallenſis*, apud *Upton*, ſeptimo
die *Novembris*, Anno Regni noſtri Secundo.
45 **Nos** autem, *Donationes*, *conceſſiones* et *Confirma-
tiones* predictas RATAS HABENTES et GRATAS; eas,
pro Nobis et Heredibus noſtris, quantum in nobis
eſt, prefatis Civibus et eorum Heredibus et Suc-
ceſſoribus, Civibus Civitatis ejuſdem, **Conce-
dimus** et **Confirmamus**; ſicut Carta pre-
dicta rationabiliter teſtatur; et, prout ijdem
Cives et eorum Predeceſſores, *Libertatibus* et
Quietantijs predictis, hactenus rationabiliter uſi
46 ſunt et gaviſi: **Hiis Teſtibus** venerabi-
libus Patribus, *W. Cantuarienſi* Archiepiſcopo
totius *Anglie* Primate, *W. Exonienſi* Epiſcopo;
Adomaro de Valencia Comiti *Pembrochie*, *Hum-
phredo de Bohun* Comiti *Herefordie* et *Eſſexie*, *Hu-
gone le Diſpenſer* Seniore, *Roberto de Mount alto*,
Roberto filii Pagani, *Bartholomeo de Badleſmere*,
Johanne de Crumbwell Seneſcallo Hoſpicij noſtri,
et alijs: **Datum**, per Manum noſtram apud
Weſtmonaſterium, undecimo die *Julij*, Anno Regni
47 noſtri decimo. **Inſpeximus** etiam *Litteras*
noſtras *Patentes*, ſigillo noſtro, quo utimur in
48 *Hibernia*, ſignatas, in hec Verba; **Edwardus**,
Dei Gratia, Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie* et
Aquitanie; omnibus, ad quos preſentes Littere
pervenerint, SALUTEM: Quaſdam *Litteras paten-
tes* Domini *Edwardi*, nuper Regis *Anglie*, Patris
noſtri,

noſtri, magno Sigillo, quo utebatur in *Ang-
lia*, ſignatas, **Inſpeximus**, in hec Verba;
49 **Edwardus**, Dei Gratia, Rex *Anglie*, Do-
minus, *Hibernie* et . *quitanie*; Omnibus, ad quos
50 *preſents Littere* pervenerint, SALUTEM: **Scia-
tis** quod, cum Dominus *Johannes* quondam Rex
Anglie, Progenitor noſter, per Cartam ſuam,
quam confirmavimus, conceſſiſſet Civibus Civita-
tis noſtro de *Dublino* in *Hibernia*, quod nemo
Capiat *Hoſpicium* infra Muros per *Aſſiſam*, vel per
Liberationem Mareſcallorum, contra Voluntatem
Civium eorundem; et quidam de Miniſtris Par-
cium illarum, Colore officij ſui, tam *Liberatio-
nem*, in Domibus predictorum Civium, infra
Muros predictos, per aliquod Tempus, contra
Tenorem Conceſſionum et Confirmationum pre-
dictarum, fecerint; quam alia Bona et Catalla
ſua, in eadem Civitate, contra Voluntatem
eorum, ceperint et aſportaverint; per quod Ci-
vitas illa deterioratur, et dicti Cives depauperan-
51 tur immenſum, ut accepimus: **Nos**, *Securi-
tatem* Civitatis noſtre predicte, nec non *Quietem*
et *Tranquilitatem* Civium noſtrorum Civitatis
illius providere; et eis, in hac parte, Gratiam
52 facere Volentes uberiorem; **Conceſſimus**, eis
pro Nobis et Heredibus noſtris, quod nullus Mi-
niſter noſter nec aliquis alius, in Domibus predic-
torum Civium, vel Heredum, ſeu ſucceſſorum
Civium Civitatis illius, infra Muros predictos,
hoſpitet; nec *Liberationem* in eis aliqualiter faciat;
nec *Hoſpicium*, in Domibus illis, ad opus alicu-
jus, per *Aſſiſam*, vel per *Liberationem*, contra
Tenorem Cartarum et Confirmationum predic-
tarum; nec *Bona* ſeu *Catalla* ipſorum Civium,
Heredum vel Succeſſorum ſuorum, predictorum
53 *capiat*, contra Voluntatem eorundem; SALVIS,
Nobis et Heredibus noſtris, antiquis priſcis
54 noſtris Debitis conſuetis: **In** cujus Rei **Teſti-
monium** has *Litteras noſtras* fieri fecimus
Patentes,

Patentes. **Teſte** Me ipso, apud *Nottingham*, quarto decimo die *Auguſti*, Anno Regni noſtri duode-
55 cimo. **Inſpeximus** etiam quaſdam Litteras noſtras Patentes, magno Sigillo, quo nuper ute-
56 bamur in *Anglia*, ſignatas, in hec Verba; **Edwardus**, Dei Gratia, Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie*, et Dux *Aquitanie*; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiarijs, Vicecomitibus, Prepoſitis, Miniſtris, et omnibus Ballivis, et Fidelibus
57 ſuis, Salutem: **Sciatis**, quod Nos, attendentes grata et laudabilia Obſequia, que dilecti Nobis Major et Cives Civitatis noſtre *Dublini*, in *Hibernia*, et eorum Anteceſſores, Nobis et Progenitoribus noſtris multipliciter impenderunt, Nobiſque in dies, et precipue pro Salvatione et Defenſione Civitatis predicte, et Parcium vicinarum, contra hoſtiles *Hibernicorum* Aggreſſus; qui, Terras noſtras, et Fidelium noſtrorum ibidem invadere, et Populum noſtrum ibidem gravare et depredari nituntur; non abſque ſumptuoſis Laboribus impendere non deſiſtunt, exponendo, varijs Periculis,
58 Se et Sua: Volentesque, eo Pretextu, ipſos, ut Negotijs et Negotiacionibus ſuis quietius intendere
59 valeant, Favore proſequi gratioſo: **Conceſſimus**, de Gratia noſtra ſpeciali, prefatis Majori et Civibus, pro Nobis et Heredibus noſtris; et hac Carta noſtra, **Confirmavimus**; Quod ipſi, Heredes, et ſucceſſores ſui, Cives Civitatis predicte, non *ponantur* in *Aſſiſis Juratis*, *Recognitionibus*, vel *Inquiſitionibus* aliquibus, que, ratione *Terrarum* et *Tenementorum*, ſuorum *forinſecorum*, vel Ratione *Tranſgreſſionum*, *Contractuum*, *Conventionum*, aut aliorum Negotiorum *forinſecorum* quorumcunque, coram Juſticiarijs, aut alijs Miniſtris noſtris, vel
60 Heredum noſtrorum emerſerint, faciendis; quamdiu Moram in eadem Civitate fecerint: Et, quod Homines *forinſeci* non *ponantur*, cum ipſis Civibus, in *Aſſiſis Juratis*, *Recognitionibus*, aut *Inquiſitionibus*

quibuſcunque, que, Ratione *Terrarum*, vel *Tene-*
mentorum, in eadem Civitate exiſtentium, aut
Tranſgreſſionum, *Contractuum*, *Conventionum*, aut
aliorum Negotiorum *intrinſecorum*, emerſerint,
faciendis; NISI Res illa tangat Nos, vel Heredes
61 noſtros, aut *Communitatem* Civitatis illius: ET,
quod ijdem Major et Cives, et Heredes aut Suc-
ceſſores ſui; ſuper aliquibus *Appellis*, *Rectis*, *In-*
jurijs, *Felonijs*, *Calumpnijs*, *Placitis*, aut *Demandis*,
intrinſecis, eis impoſitis, ſeu imponendis; per
Forinſecos non *committantur*, *ſet ſolomodo* per *Con-*
cives ſuos; NISI Res illa tangat Nos, vel Heredes
62 noſtros, aut *Communitatem* Civitatis illius: ET,
quod Ipſi, et Heredes ſui, aut Succeſſores ſui, in
aliquo *Placito*, non *cauſentur*, per *Miſkenningam*:
63 ET, quod predicti Major et Cives, et Heredes,
ac Succeſſores ſui, non fiant *Vicecomites*, *Corona-*
tores, *Contrarotulatores*, aut alij *Ballivi*, ſeu *Mi-*
niſtri noſtri, vel Heredum noſtrorum; ſeu *Re-*
ceptores Denariorum, vel *Exituum* noſtrarum, ſeu
Heredum noſtrorum; *extra* Civitatem predictam,
contra Voluntatem eorum Majoris et Civium, vel
ſucceſſorum ſuorum, imperpetuum; quamdiu
64 Moram fecerint in eadem: ET, nullus *Juſtiarius*,
Ballivus, aut *Miniſter* noſter, vel Heredum noſ-
trorum, quecunque, *capiat* de Rebus, aut de Mer-
candiſis predictorum Majoris et Civium, Here-
dum, aut ſucceſſorum ſuorum, vel aliorum quo-
rumcunque, ad predictam Civitatem venientium;
contra Voluntatem ipſorum, quorum Res et ipſorum
Mercandiſe ille fuerint; NISI, in Preſentia noſtra,
vel Heredum noſtrorum, ad Opus Noſtrum, et ipſo-
rum Heredum noſtrorum; ac etiam, pro *munitione*
Caſtrorum noſtrorum, et Heredum noſtrorum, in
partibus predictis, cum ea, ex aliquibus Cauſis,
65 munire neceſſarium oportuerit: ET, quod ijdem
Major et Cives, et Heredes, ac Succeſſores ſui,
in Abſentia noſtra, et Heredum noſtrorum,
Aſſiſam Panis et *Serviſie*, et *Cuſtodiam* et *Aſſaiſam*
Menſu-

Menſurarum et *Ponderum*, ac alia quecunque ad
Officium Mercati pertinentia, in Civitate predicta,
HABEANT, FACIANT, et EXERCEANT imperpe-
tuum; et *Tranſgreſſores*, dicte *Aſſiſe Panis* et *Ser-*
viſie, modo debito *puniant*; et ad *Defectus Men-*
ſurarum et *Ponderum*, et aliorum ad dictum Offi-
cium Mercati pertinentium, *corrigant* et *emendant*;
66 ITA, quod *Clericus de Mercato*, ſeu aliquis *Miniſter*
Noſter, vel Heredum noſtrorum, dictam Civi-
tatem non *Ingrediatur*, ad aliqua, que ad dictum
Officium Mercati pertinent, in eadem, *facienda*,
vel *exequenda*; NISI tantummodo, ad *Standardum*
Civitatis predicte *ſupervidendum*, *approbandum*,
et *examinandum*; et, ad *Defectus*, et *Exceſſus*, de
Standardo predicto inventos et inveniendos, *corri-*
67 *gendos* et *emendandos*: ET, quod omnia *Proficua*,
de hujuſmodi *Aſſiſa* et *Aſſaia*, in dicta Civitate
provenientia; *Standardo* predicto *excepto*; ſint
ipſorum Majoris et Civium, Heredum, ac Suc-
ceſſorum ſuorum; in Auxilium *Firme* ſue, Civi-
68 tatis predicte: **Salvo** tamen, quod, ſi in Pre-
ſentia Noſtra, vel Heredum noſtrorum, ſeu *Juſti-*
ciariorum noſtrorum, vel Heredum noſtrorum,
Terre predicte, aliquis *conqueratur*, quod *Major*
et *Ballivi* dicte Civitatis, in premiſſis *faciendis* et
exequendis, *negligentes* fuerint et *remiſſi*; Tunc
Juſticiarius Noſter, vel Heredum noſtrorum,
Terre predicte, qui pro Tempore fuerit, per Se,
vel per alium, quem ad hoc deputaverit, ad *Sec-*
tam hujuſmodi *Conquerentium*, id, de quo *Querela*
69 illa ſic fiat, *Supervideat*, et *Superviderі faciat*; ET,
quod, ſi dictos, *Majorem* et *Ballivos*, in eo, de quo
Querela ſic fieri contigerit, *negligentes* legitime inve-
nerit, et *remiſſos*; Tunc illud *corrigi* faciat, prout
decet; et dictos, *Majorem* et *Ballivos*, modo debito
puniat et *caſtiget*; FINIBUS, et AMERCIAMENTIS
ipſorum, *Majoris* et Ballivorum, in hac parte, et
Punicione illius, quod per dictum *Juſticiarium*,
vel *Deputandum* ab ipſo, ut dictum eſt, *corrigi*

H 2 contigerit,

contigerit, Nobis, et Heredibus noſtris, ſemper
70 Salvis. **Conceſſimus** etiam, pro Nobis, et
Heredibus noſtris; et hac Carta noſtra, **Confir-
mavimus**, prefatis Majori et Civibus; Quod
Ipſi, Heredes, et Succeſſores ſui predicti, im-
perpetuum, Sint quieti de *Muragio*, *Pavagio*,
Pontagio, *Paſſagio*, *Kaiagio*; ac, de omnibus alijs
hujuſmodi *Conſuetudinibus*, de *Mercimonijs Rebus*
et *Bonis* ſuis quibuſcunque; per totum Regnum
noſtrum, ac Terram *Hibernie*, et Poteſtatem no-
71 ſtram. Quare **Volumus**, ac firmiter **precI-
pimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris; quod
ijdem Major et Cives, Heredes ſui, et Succeſs-
ores, habeant et teneant *Omnes et Singulas*
Libertates predictas, imperpetuum, ſicut
72 predictum eſt: **His Teſtibus** Venerabilibus
Patribus, *W.* Archiepiſcopo *Eboracenſi Anglie*
Primate, *R. Dunelmenſi* Cancellario noſtro, et
H. Lincolnenſi Theſaurario noſtro, Epiſcopis;
Comite *Cornubie* Fratre noſtro cariſſimo, *Thoma
de Bello Campo* Comiti *Warrene*, *Thoma de Wake*,
Willielmo de Roos de Hannaleck, *Radolpho de
Nevil* Seneſcallo Hoſpicij noſtri, et alijs: **Da-
tum**, per Manum noſtram, apud *Eboracum*,
tertio decimo die *Octobris*, Anno Regni Noſtri
73 Octavo. **Nos** autem, Litteras predictas, ad
Requiſitionem Majoris et *Communitatis* Civitatis
predicte, tenore Preſentium, **Duximus ex-
74 emplificandas**: **In** cujus Rei **Teſtimo-
nium**, his *Litteras* noſtras fieri fecimus *Patentes*:
Teſte, *Leonello* Duce *Clarencie*, Comiti *Ultonie*,
Filio noſtro cariſſimo, *Locum tenente noſtrum*,
in Terra noſtra *Hibernie*; apud *Dublinum*, vi-
ceſſimo Sexto die *Septembris*, Anno Regni noſtri
75 triceſſimo Septimo. **Nos**, attendentes grata et
laudabilia Obſequia, que prefati Cives, et eo-
rum Anteceſſores, Nobis, et Progenitoribus no-
ſtris, multipliciter impenderunt; Nobiſque in
dies,

dies, et precipue pro Salvatione et Defenſione
Civitatis illius, et Parcium vicinarum, contra
hoſtiles *hibernicorum* Inimicorum noſtrorum Ag-
greſſus; qui, Terras noſtras, et Fidelium no-
ſtrorum, in Terra noſtra *Hibernie*, invadere, et
Populum noſtrum ibidem depredari et deſtruere
nituntur; non abſque Sumptibus laborioſis,
impendere non deſiſtunt, Se et Sua varijs Peri-
culis exponendo: Ac, VOLENTES proinde, ipſos
Cives, ut Negotiacionibus ſuis quietius intendere,
et dictam Civitatem *Dublinum* ſecurius cuſtodire
valeant, et ut ad hoc fortius obligentur, Favore
76 proſequi gratioſo; *Donationes*, *Conceſſiones* et
Confirmationes predictas, RATAS habentes et
GRATAS; *Eas*, pro Nobis et Heredibus noſtris,
Ratificamus, approbamus; et, predictis
Civibus, eorumque Heredibus et Succeſſoribus,
imperpetuum, **Concedimus** et **Confirma-
mus**; Sicut *Carte* et *Littere* predicte plenius
77 teſtantur.. **Preterea**, volentes, prefatis Civibus,
Conſideratione premiſſorum, Gratiam facere ube-
riorem; **Conceſſimus**, pro Nobis, et Here-
dibus noſtris; et, hac Carta noſtra, **Confir-
mavimus**, prefatis Civibus, eorumque Here-
dibus, et Succeſſoribus; Quod, licet ipſi Cives,
vel eorum Anteceſſores, aliqua, vel aliquibus
Libertatibus, *Quietantijs*, *Privilegijs*, *Immunitati-
bus* predictis, aliquo Caſu emergente, plene uſi
non fuerint; Ipſi tamen Cives, et eorum Heredes,
et Succeſſores, Cives Civitatis predicte, *Liberta-
tibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs*, et *Immunitatibus*
predictis, de cetero plene GAUDEANT at UTAN-
TUR; abſque *Impedimento* NOSTRO, vel Heredum
noſtrorum, *Juſticiariorum*, *Eſcaetorum*, *Vicecomi-
tum*, aut aliorum *Ballivorum*, ſeu *Miniſtrorum*
78 noſtrorum quorumcunque, imperpetuum. ET
INSUPER, cum quedam *Libertates* et *Privilegia*, que
ſuperius non exprimuntur, Civitatibus de *Water-
ford*

ford et *Cork*, ac Ville de *Drogheda*, per Nos et
Progenitores noſtros ſint conceſſa ; ſicut, per
Inſpectionem Rotulorum Cancellarie Noſtre et
79 dictorum Progenitorum, Nobis conſtat : **Con-
ceſſimus**, pro Nobis, et Heredibus noſtris ; et,
hac Carta noſtra, **Confirmavimus**, ipſis Civi-
bus *Dublini*, et eorum Heredibus, et Succeſſori-
bus ſuis, omnia hujuſmodi *Libertates* et *Privilegia* ;
que Cives dictarum Civitatum de *Waterford* et
Cork, ac Burgenſes dicte ville de *Drogheda*, ſic
habent ; eiſdem Civibus Civitatis *Dublini* eorum-
que Heredibus et Succeſſoribus, imperpetuum
80 optinenda ; videlicet ; Quod eorum *Major*, *ſingu-
lis Annis de ſe ipſis* electus, *Sacramentum* debitum,
coram Illo, qui ipſum, in Officio illo, Anno
proximo precedente, preceſſerat ; coram Com-
81 munitate Civitatis illius, faciat : Nisi *Juſticia-
rius Hibernie*, vel aliquis *Baro* de *Scaccario Regio*,
Tempore *Electionis* illius, in dicta Civitate pre-
ſens fuerit ; coram quo *tunc* hujuſmodi *Sacramen-
82 tum* preſtetur : Et, quod predicti Cives Civitatis
Dublini, et eorum Heredes et Succeſſores, Cives
ejuſdem Civitatis, habeant *Returnum* omnium
Brevium Noſtrorum, et Heredum noſtrorum ;
tam *Summonitionum*, quam *Attachiamentorum*, de
Omnibus et Singulis, infra dictam Civitatem
Dublinum, et Suburbia ejuſdem, Emergentibus :
83 Ita, quod Miniſtri noſtri *Hibernie*, vel Heredum
noſtrorum, dictam Civitatem *Dublinum*, aut *Su-
burbia* ejuſdem, ad *Summonitiones*, ſeu *Attachia-
menta* aliqua, vel *Executiones* aliquorum, ibidem em-
84 ergentium, faciendas, non ingrediantur ; Nisi, in
Defectu Majoris, et *Ballivorum* Civitatis ejuſdem ;
85 Exceptis quatuor Placitis ; videlicet, **De
Raptu**, **Incendio**, **Forſtallamento**,
Theſauro invento ; ſi, in dicta *Civitate*, vel
Suburbijs ejuſdem, contingant ; Que Nobis, et
Heredibus noſtris, ac *Miniſtris* noſtris *Hibernie* to-
taliter

86 taliter **Volumus** *remanere*: Et, quod ipſi
Cives Civitatis *Dublini*, ac Heredes et Succeſſores
ſui, Cives Civitatis illius, non *ponantur* in *Aſſiſis*
Juratis, ſeu *Recognitionibus* aliquibus, extra dictam
Civitatem *Dublinum*, ſeu Suburbia ejuſdem; ra-
tione *Terrarum* et *Tenementorum* ſuorum extra Ci-
vitatem et Suburbia predicta, vel infra exiſtentium,
capiendis; quamdiu, in eadem Civitate, vel Sub-
87 urbijs fuerint commorantes: Et, quod nullus,
Civium predictorum, dicte Civitatis *Dublini*,
placitetur, *extra Muros* ejuſdem Civitatis *Dub-*
lini, de ullo *Placito*; Set, *infra muros* Civitatis
illius, in *Gildhalla* ſua; Preterquam, de *Pla-*
citis, et *Tenurijs exterioribus*, que non pertinent
88 ad *Hundredas* dicte Civitatis *Dublini*: Et,
quod *Major* et Ballivi ejuſdem Civitatis, qui
pro Tempore fuerint, in *Gildhalla* Civitatis illius,
habeant *Recognitionem* omnium *Placitorum*, tam
de *Tenurijs*, *infra Civitatem*, et *Suburbia* pre-
dicta, et *Libertates* eorundem, exiſtentibus;
quam de *Tranſgreſſionibus*, *Conventionibus*, et
Contractibus quibuſcunque, *infra Civitatem*, *Sub-*
urbia, et *Libertates* predictas, emergentibus; et,
Executiones Judiciorum in *Placitis* illis, coram
ipſis redditorum, infra eandem *Civitatem*, *Sub-*
89 *urbia*, et *Libertates*, faciant; Ordinationi-
bus *Stapule*, per Nos, et *Concilium* noſtrum factis,
90 ſemper Salvis: Et, quod nullus, Civium pre-
dictorum, predicte Civitatis *Dublini*, *placitet*,
aut *placitetur*, *extra* Civitatem illam, de *Terris*
aut *Tenementis*, que ſunt *infra Civitatem*, *Sub-*
urbia, et *Libertates* predictas; nec, de *Tranſ-*
greſſionibus, *Conventionibus*, ſeu *Contractibus*,
infra dictam *Civitatem*, *Suburbia*, et *Libertates*,
factis, vel aliquibus alijs ibidem emergentibus;
91 Nisi *Placita* illa tangant Nos, vel *Heredes*
noſtros, ſeu *Communitatem* dicte Civitatis *Dub-*
92 *lini*: Et, quod *Major* et *Ballivi* ejuſdem Civi-
tatis

tatis *Dublini*, qui pro tempore fuerint, *com-*
putare poſſint, per ſufficientes *Attornatos* ſuos;
et ad *Scaccarium* predictum *reddendum admit-*
93 *tantur*; **Ita**, quod illorum *Deputandi*, co-
ram *Theſaurario* et *Baronibus* ad *Scaccarium*
Regni *Hibernie*, cum idem *Scaccarium* alibi, quam
in eadem Civitate, fuerit; de omnimodis *Com-*
potis et *Debitis*, *Majori* et *Ballivis*, ſeu *Commu-*
nitati Civitatis predicte, contingentibus; et, ad
Compota illa, per dictos *Attornatos* ſuos, ad
Scaccarium predictum reddenda, admittantur;
94 **Ita**, quod Solutiones *Debitorum* Noſtrorum,
95 ea de Cauſa, nullatenus *retardentur*: Et, quod
nullus *Ballivus* Noſter, ſeu Heredum noſtrorum,
aut alicujus alterius, *capiat Civem* aliquem ejuſ-
dem Civitatis *Dublini*, nec *incarceret*, *dummodo*
96 *ſalvos Plegios poſſit invenire*; Nisi, pro *Felonia*,
vel alio *enormi Delicto*, pro quo non ſit replegia-
97 bilis: Ac etiam, quod predicti Cives Civitatis
Dublini, et eorum Heredes et Succeſſores, Cives
Civitatis ejuſdem, **habeant** et **Teneant** ean-
dem *Civitatem*, *Suburbia*, et *Libertates*, cum om-
nibus *Commoditatibus*, *Exitibus*, *Proficuis*, et aliis
pertinentijs ſuis uſitatis; et cum omnibus Liber-
tatibus, et liberis Consuetudinibus, qui-
bus *hucuſque uſi* ſunt, Temporibus *Progenitorum*
noſtrorum predictorum, et *Noſtris*; ſecundum
quod *melius*, *plenius* et *Liberius* ea *tenuerunt*, et
98 ad huc *teneant*: Et, quod nullus *Vicecomes*,
Ballivus, aut *Miniſter* Noſter, vel Heredum
noſtrorum, *intromittat* ſe, de ullis *Attachia-*
mentis, vel *Summonitionibus* faciendis, in *Civi-*
tate, *Suburbijs*, et *Libertatibus* predictis; Pre-
terquam *Major*, *Ballivi*, et *Coronatores* Civi-
tatis illius, qui *reſpondent* de *Placitis Corone*, co-
ram *Juſticiarijs* noſtris *itinerantibus*, ad *Communia*
Placita Placitanda, in dicta Civitate *Dublini*;
99 Nisi, in *Defectu Majoris*, *Ballivorum*, et *Corona-*
torum

100 *torum* predictorum: Et, ſi aliquis, Civium predictorum dicte Civitatis *Dublini*, *attachiatus* fuerit, *extra Muros* Civitatis illius; *Major*, et *Cives* ejuſdem Civitatis habeant de eo Curiam Suam, et *Juſticiam Conquerenti exhibeant*; ſicut *Comes*, *Baro*, vel alius *Magnas Hibernie*, *Curiam ſuam*, de *Hominibus* ſuis, *habere* debet; ſecundum

101 Legem, Terre noſtre *Hibernie:* Et inſuper, cum dicti Cives Civitatis *Dublini*, Nobis, per *Petitionem* ſuam, coram Nobis et Concilio noſtro exhibitam, oſtenderunt; Quod *ipſi talem habeant* Libertatem; "*Quod nullus* Mercator Extraneus *Mercandiſas ſuas infra Civitatem illam ad* Retalliam *vendat*;" Contra *quam Libertatem*, nonnulli Mercatores extranei, *Pretextu* Statuti *de* Ordinatione Stapule, *nuper editi*, *in qua continetur*, "Quod *omnes Mercatores*, *ad* Stapulam Civitatum et Burgorum, *in Regno noſtro* Anglie, *ac Terris noſtris* Hibernie *et* Wallie, *venientes*, *Merchandiſas ſuas*, *in* Groſſo, *vel* Retallia, *aut per* Particula, *abſque Calumpnia*, vendere *poſſint*;" *Ad dictam Civitatem* Dublini *veniunt*; *et Mercandiſas ibidem ad* Retalliam, *adeo libere*, *ſicut Mercatores ejuſdem Civitatis*, *pro Voluntate ſua*, vendunt *et* emunt; *et ſic*, *quaſi omnia* Proficua, *que de Emptione et Venditione Mercandiſarum*, *in eadem Civitate proveniant*, percipiunt; *nullum* Subſidium, *nec* Contributionem, *ad Onera Civitatis illius*, *pro Salvatione et Defenſione ejuſdem*, *incumbentia*, *facientes:*

102 Et etiam, cum, Pretextu *Ordinationis*, per Nos nuper facte, Quod *omnia*, Lane, Coria, *et alie Merchandiſe*, *a Regno et Terris noſtris predictis*, *ad partes exterras*, *Villam noſtram* Cales, *et non alibi*, *traducantur*; Predicti Cives, ad Mercandiſas ſuas; videlicet, *Veteres Pannos*, *Lanas*, *Coria*, et alias immunitas Res; que, Mercandiſis aliarum Terrarum, ſunt multum diſſimiles et

diſcordes; ad dictam Villam *Cales*; ubi Mercandiſas illas vix pro Valore aliquo vendere, nec *Vina*, *Ferrum*, *Sal*, aut alias Mercandiſas, dicte Terre *Hibernie* concordantes, vel utiles, invenire
103 poterunt; ducendas ſunt aſtricti: Et, cum ijdem Cives Mercandiſas ſuas, pro modico Precio, ad dictam Villam *Cales*, vendiderunt; ipſos novum *Frettum*, verſus Partes *Anglie*, *Vaſconie*, et alibi, pro Mercandiſis Terre ſue concordantibus ibidem querendis, facere; et ſic, duo *Fretta*, pro uno, ſolvere, oportebit; in ipſorum Civium Dampnum non modicum,
104 et Depauperationem manifeſtam: **Nos**, conſideratione premiſſorum, VOLENTES, Quietem et Utilitatem dictorum Civium providere; **Conceſſimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris; et, hac Carta noſtra, **Confirmavimus**; Quod omnes *Mercatores extranei*, qui in Civitate predicta, Mercandiſas emerint, vel venderint; Juxta Formam *Statuti* predicti, ad *Auxilium* et *Contributionem* ad *Tallagium*, et alia Onera, dicte Civitati incumbentia, ſupportanda, juxta *Quantitatem* Rei *empte*, vel *vendite*, cum Civibus predictis *Solvant*, et *Solvere teneantur*; et, ad hoc, prout juſtum fuerit, *compellantur*:
105 Et, quod ijdem Cives, et eorum Heredes et Succeſſores, *Veteres Pannos*, *Lanas*, *Coria*, et omnia alia Mercimonia, in dicta Terra *Hibernie* creſcentia; *Bladis*, pro tempore vetito, duntaxat *exceptis*; ad Partes *Anglie*, *Vaſconie*, et alibi, ubi melius expedire viderint, traducere valeant, prout ante Ordinationem predictam facere conſueverunt, imperpetuum; Statuto, et
106 Ordinatione predicta, non obſtante: Quare, **Volumus**, et firmiter **Precipimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris; Quod predicti Cives, dicte Civitatis *Dublini*, et eorum Heredes et Succeſſores, predicte Civitatis illius,

HABEANT

HABEANT omnes *Libertates*, *Quietantias*, *Privilegia*, et *Immunitates* prediɛtas; et eis plene GAUDEANT et UTANTUR, ſicut prediɛtum eſt,
107 imperpetuum: **Hiis Teſtibus**, Venerabilibus Patribus *S. Elienenſi* Cancellario noſtro, **** *Wigornienſi* Theſaurario noſtro, Epiſcopis; *Johanne* Duce *Lancaſtrie*, Filio noſtro cariſſimo, *Richardo Arundelie*, *Humphredo de Bohun Eſſexie* et *Herefordie*, *Willielmo Sariſburie*, et *Thoma de Veer Oxonie* Camerario noſtro, Comitibus; *Henrico de Percij*, *Edwardo le Diſpenſer*, *Johanne Attalles* Seneſcallo Hoſpicij noſtri, et alijs: **Datum**, per Manum noſtram, apud *Weſtmonaſterium*, viceſſimo Secundo die *Novembris*,
108 Anno Regni noſtri triceſſimo Septimo. **Nos**, attendentes grata et laudabilia Obſequia, que prefati Cives, et eorum Anteceſſores, Nobis et Progenitoribus noſtris, pro Salvatione et Defenſione diɛte Civitatis *Dublini*, et Parcium vicinarum, contra Hoſtiles *Hibernicorum* Inimicorum noſtrorum Aggreſſus, non abſque Sumptibus laborioſis, multipliciter impenderunt, Se et Sua varijs Periculis exponendo; Ac, VOLENTES proinde, ipſos Cives, ut Negotiacionibus ſuis quietius intendere, et diɛtam Civitatem *Dublinum* ſecurius cuſtodire, valeant, et ut ad hoc fortius obligentur, Favore
109 proſequi gratioſo; *Donationes*, *Conceſſiones*, et *Confirmationes* prediɛtas, ac diɛtam *Cartam* prefati *Avi* noſtri, et omnia contenta in eadem, RATA HABENTES et GRATA; Ea, pro Nobis et Heredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, Tenore preſentium, **Ratificamus, approbamus**, et, prediɛtis Civibus, eorumque Heredibus et Succeſſoribus, imperpetuum, **Concedimus** et **Cōfirmamus**; prout *Carta* prediɛta ra-
110 tionabiliter teſtatur. **Preterea**, VOLENTES, prefatis Civibus, Conſideratione permiſſorum,

Gratiam, in hac parte, facere uberiorem; **Conceſſimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris; et, hec Carta noſtra, **Confirmavimus**, prefatis Civibus, et eorum Heredibus, et Succeſſoribus ſuis; Quod, licet Ipſi Cives, et eorum Anteceſſores, aliqua, vel aliquibus *Libertatibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs*, *vel Immunitatibus* predictis, aliquo Caſu emergente, hactenus plene uſi non fuerint; ipſi tamen Cives, et eorum Heredes et Succeſſores, Cives Civitatis predicte, *Libertatibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs*, et *Immunitatibus* predictis, et eorum quolibet, de Cetero plene GAUDEANT et UTANTUR; abſque *Impedimento* NOSTRO, vel Heredum noſtrorum, *Juſticiariorum*, *Eſcaetorum*, *Vicecomitum*, aut aliorum *Ballivorum*, Seu *Miniſtrorum* quorumcunque,
112 imperpetuum: **Hiis Teſtibus**, Venerabilibus Patribus, *R.* Archiepiſcopo *Dublinenſi* Cancellario, *E. Maceſtrenſi* Epiſcopo.**** A. Epiſcopo *Midenſi*, R. Epiſcopo *Oſſorenſi*, *Thoma* Duce *Glouceſtrenſi* Avunculo noſtro, *Edwardo* Comiti Rotel. et *Cork*, *Rogero de Mortuo mari* Comiti *Marchie* et *Ultonie*, Conſanguineis noſtris cariſſimis; *Johanne de Holland* Comiti *Huntindon* Fratre noſtro Cariſſimo; *Johanne de Leonello*, *Thomâ de Percij*, Seneſcallis Hoſpicij noſtri; *W.* **** Camerario noſtro *Hibernie*, et alijs: **Datum**, per Manum noſtram, apud *Kilkenny*, viceſſimo quarto die *Aprilis*, Anno Regni noſtri decimo
113 octavo. **Nos**, conſiderantes grata et laudabilia Obſequia, que prefati Cives et eorum Anteceſſores, Nobis et Progenitoribus noſtris, pro Salvatione et Defenſione dicte Civitatis *Dublini*, et Parcium vicinarum, contra hoſtiles *Hibernicorum* Inimicorum noſtrorum Aggreſſus, non abſque Sumptibus laborioſis, multipliciter impenderunt, Se et Sua varijs Periculis exponendo; Ac volentes, proinde, ipſos Cives, ut Negotiacionibus

cionibus ſuis quietius intendere, et dictam Civitatem *Dublinum*, ut predictum eſt, ſecurius cuſtodire valeant, et ut ad hoc fortius obligentur,
114 Favore proſequi gratioſo; *Donationes*, *Conceſſiones* et *Confirmationes* predictas, ac Omnia et Singula in dicta *Carta contenta*, RATA HABENTES et GRATA; *Ea*, pro Nobis et Heredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, **acceptamus**, **approbamus**; et, prefatis Civibus, eorumque Heredibus et Succeſſoribus, imperpetuum, de Gratia noſtra ſpeciali, Tenore preſentium, **Concedimus** et **Confirmamus**, prout *Carta* predicta ra-
115 tionabiliter teſtatur: **In** cujus Rei **Teſtimonium** has *Litteras* Noſtras fieri fecimus *Patentes*: **Teste** ME IPSO, apud *Weſtmonaſterium*, viceſſimo tertio die *Novembris*, Anno Regni noſtri
116 ſecundo. **Inſpeximus** etiam, *Cartam*, quam cariſſimus Pater noſter, *Henricus* Quintus, nuper Rex *Anglie*, ſub Sigillo, quo idem Pater noſter utebatur in Terra ſua *Hibernie*, fecit, in Hec Verba; **Henricus**, Dei Gratia, Rex *Anglie*, *Francie*, et Dominus *Hibernie*; Univerſis et Singulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Juſticiarijs, Vicecomitibus Majoribus, Superioribus, Prepoſitis, Ballivis, Miniſtris, et alijs Fidelibus ſuis, SALUTEM;
117 **Sciatis**, quod, de Gratia noſtra ſpeciali, de Aſſenſu Venerabilis in CHRISTO Patris, *R.* Archiepiſcopi *Dublinenſi*, Deputati dilecti et fidelis noſtri *Johannis Talbot* de *Halomſhire* Chivalier, *Locum* noſtrum *Tenentis*, Terre noſtre *Hibernie*; et Conſilio ipſius Deputati; Conſideratione Bonorum *Serviciorum*, *Laborum*, *Expenſarum*, et *Deperditorum*, que dilecti Ligei noſtri, Major et Communitas Civitatis noſtre *Dublini*, Nobis, ante hec Tempora, in Salvationem et Defenſionem fidelium Ligeorum noſtrorum ibidem, ac

Manu-

Manutenentiam Murorum, *Turrium*, *Pavimento-*
rum et diverſorum aliorum Onerum ejuſdem
Civitatis noſtre, *fecerunt* et *Supportaverunt*; Ac
volentes, eo Pretextu, eiſdem Majori et Com-
118 munibus Gratiam facere ſpecialem; **Conceſſi-**
mus, pro Nobis et Heredibus noſtris, prefato
Majori et Communibus, ac Heredibus et Suc-
ceſſoribus ſuis, imperpetuum, *Libertates*, *Fran-*
cheſias, et *Cuſtumas* ſubſcriptas; Videlicet;
119 Quod Major et Ballivi noſtri dicte Civitatis
noſtre, ac Succeſſores ſui, Majores et Ballivi,
ibidem, pro Tempore exiſtentes, ſint *Juſticiarij*
Pacis, et *Juſticiarij Laboratorum*, infra Civita-
tem noſtram predictam; et, quod Ipſi HABEANT
Cognitionem et *plenam Correctionem* Omnium et
Singulorum, *Laboratorum*, *Artificum*, et *Vitel-*
latorum, infra dictam Civitatem noſtram com-
morantium, ac per eandem venientium et tran-
120 ſeuntium; Quodque Ipſi FACERE, EXCERCERE,
et TERMINARE poſſint, Univerſas et Singulas
Res, que ad *Officium Juſticiariorum Pacis*, et
Juſticiariorum Laboratorum predictorum perti-
nent; Secundum Formam *Legis* noſtre *Communis*,
ac *Conſuetudinem* Terre noſtre predicte, nec non
Vim et *Efectum Statutorum* et *Ordinationum*, infra
Regnum noſtrum *Anglie*, et Terram noſtram
predictam, per Nos et Progenitores noſtros,
quondam Reges *Anglie*, ante hec Tempora edito-
121 rum et habitorum. **Conceſſimus** etiam,
eiſdem Majori et Communibus, ac Succeſſoribus
ſuis predictis, Quod Major et Ballivi noſtri,
Civitatis noſtre predicte, ac eorum Succeſſores,
Majores et Ballivi, ibidem, pro Tempore exiſ-
tentes, HABERE et PERCIPERE poſſint, per Ma-
nus eorundem, *Majoris* et *Ballivorum*, ac *Juſti-*
ciariorum Pacis, et *Juſticiariorum Laboratorum*
et *Artificum*, predictorum, Omnimoda *Amercia-*
menta, *Foriſfacturas*, *Fines*, et *Exitus*, inde quo-
viſmodo

122 viſmodo de cetero provenientia: Sic, quod *Juſticiarij Pacis*, ſeu *Juſticiarij Laboratorum* aut *Artificum*, vel aliquis alius Miniſter Noſter, ſeu Heredum noſtrorum, aut Succeſſorum noſtrorum, vel alterius Perſone cujuſcunque, ſuper dictum *Officium*, dictorum *Juſticiariorum Pacis*, et *Juſticiariorum Laboratorum* et *Artificum*, infra dictam Civitatem noſtram, ac *Libertates* et *Bundas* ejuſdem, de Rebus ibidem provenientibus, que ad hujuſmodi *Officium* pertinent, Se non quoviſmodo *intromittan'*, ſeu quicquam *faciant*,
123 aut de eiſdem *attemptent*: Et, inſuper, **Confirmavimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris predictis, prefatis Majori et Communibus, ac Heredibus et Succeſſoribus ſuis predictis, imperpetuum; Quod Major ejuſdem Civitatis Noſtre, et Succeſſores ſui, Majores dicte Civitatis noſtre, pro Tempore exiſtentes, Sit *Eſcaetor*, et *Clericus Mercati* noſtri ibidem, ac Heredum noſtrorum ibidem, ad faciendas, exercendas, et *exequendas* Omnes et Singulas Res, que ad *Officium Eſcaetoris*, ſive *Clerici Mercati*, infra Civitatem noſtram predictam et Libertates ejuſdem,
124 debite pertinent, vel reſpectant; Sic, quod nullus *Eſcaetor*, vel *Clericus Mercati* Noſtri, ſeu Heredum noſtrorum predictorum, aut aliorum Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque, in eadem Civitate noſtra, ſeu Libertatibus ejuſdem, *faciat* vel *exerceat* aliquas Res, que ad *Officium Eſcaetoris*, ſive *Clerici Mercati* ibidem, aliquo
125 modo pertinent: Qui quidem *Major*, ut *Eſcaetor*, et *Clericus Mercati*; coram *Ballivis* ejuſdem Civitatis noſtre, pro Tempore exiſtentibus, Sacramentum ſuum, in hujuſmodi *Officio Eſcaetoris*, et *Clerici Mercati*, ad fideliter *faciendum* et *exercendum* Officium predictum, ſecundum quod Lex noſtra,
126 in hac parte exigit, preſtet Corporaliter. **Conceſſimus** etiam eiſdem Majori et Communibus,

ac

ac Heredibus et Succeſſoribus ſuis predictis, im-
perpetuum ; Quod ipſi HABEANT *libere et quiete*,
in Supportationem *Feodi firme* ejuſdem Civitatis
noſtre, Omnimoda *Terras*, *Tenementa*, *Reddita*,
Servicia, et *Poſſeſſiones*, ac omnimoda *Fines*, et
Amerciamenta, *Forisfacturas* et *Proficua*, infra-
dictam Civitatem noſtram et *Francheſias* ejuſ-
dem, tanquam *Eſcaeta*, vel aliquo alio modo, *fo-
risfacienda*, ſeu *emergentia* ; abſque aliquo *Compoto*,
Nobis, vel Heredibus noſtris predictis, vel Mi-
niſtris Noſtris, aut Miniſtris ſuis, inde reddendo ;
127 ALIQUA *Conceſſione* de *Officio Eſcaetoris*, ſeu *Of-
ficio Clerici Mercati* noſtri, infra Terram noſtram
Hibernie, per Nos, vel Predeceſſores, aut Pro-
genitores noſtros, alicui Perſone, ante hec Tem-
pora quoviſmodo facta, non obſtante ; ET non
obſtantibus aliquibus *Statutis*, inde in Contra-
128 rium factis. ET ulterius, de uberiore Gratia
noſtra, pro Nobis et Heredibus noſtris predictis,
Conceſſimus, predictis Majori et Communi-
tati, ac Heredibus et ſucceſſoribus ſuis predictis,
imperpetuum ; Quod Ipſi HABEANT omnimoda
Bona et *Catalla*, vocata, *Wayſs*, et *Strayes*, ac
Wreccum Maris ; nec non, omnimoda *Bona* et
Catalla Felonum et *Fugitivorum*, *Dampnandorum*
et *convincendorum*, infra Civitatem noſtram
predictam et Libertates ejuſdem, de cetero e-
mergentia ; ac etiam, omnimoda *Fines* et *A-
merciamenta Eſcapiorum* quorumcunque *Felonum*,
extra Libertates ejuſdem Civitatis *evadendorum*
et *eſcapiendorum* ; nec non, omnium aliarum *Foris-
129 facturarum*, ibidem habendarum : ET, quod Ipſi
de Cetero ſint *quieti* de hujuſmodi *Finibus*, *Amer-
ciamentis*, *et Eſcapeis*, erga Nos et Heredes noſ-
130 tros, imperpetuum ; ITA quod Ipſi inde, per
Nos, ſeu Heredes noſtros, vel Miniſtros ſuos
quoſcunque, ex nunc, vel in futurum, non *im-
petantur*, *moleſtentur*, in aliquo, ſeu *graventur*.
ET

131 Et etiam, de ampliore Gratie Plenitudine,
Conceſſimus, pro Nobis et Heredibus noſ-
tris predictis, prefatis Majori et Ballivis, ac om-
nibus alijs Miniſtris dicte Civitatis noſtre, et
Succeſſoribus ſuis, pro Tempore exiſtentibus ;
Quod Ipſi *Mercandiſare*, ac Vina, et alia Vic-
tualla quecunque, in Groſſo, vel ad Retalliam,
libere *emere*, et ea *vendere*, poſſint, imperpetuum ;
abſque *Impetitione* Noſtra, vel Heredum noſtro-
rum,aut Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque ;
aliquo *Statuto*, vel *Ordinatione* aliqua, inde in
Contrarium, ante hec Tempora eddita, ſeu facta,
132 non abſtante : **Hiis Teſtibus**, *Lawrencio*,
Merbury Cancellario noſtro Terre noſtre *Hiber-
nie*, *Willielmo de Thinbegh* Deputato Theſaura-
rio noſtro *Hibernie*, *Jacobo Uriel* Capitali Ba-
rone *Scaccarij* noſtri ejuſdem Terre noſtre, *Roberto
Sutton* Clerico Cuſtode *Rotulorum* Cancellarie dicte
Terre noſtre, *Johanne Paſſaint* Cuſtode *Hanaperij*
ejuſdem *Cancellarie* noſtre, et multis alijs : **Da-
tum**, per Manum prefati Deputati, apud *Dub-
linum*, ſexto die *Februarij*, Anno Regni noſtri
133 ſeptimo. **Nos**, attendentes grata et laudabilia
Obſequia, que prefati Cives et eorum Anteceſſo-
res, Nobis et Progenitoribus noſtris, pro Salva-
tione et Defenſione dicte Civitatis *Dublini* et Par-
cium vicinarum, contra hoſtiles *Hibernicorum*
Inimicorum noſtrorum Aggreſſus,non ſine Sump-
tibus laborioſis, multipliciter impenderunt, Se
et Sua varijs Periculis Exponendo ; Ac, volentes
proinde, ipſos Cives, ut Negotiacionibus ſuis
quietius intendere, et dictam Civitatem *Dubli-
num*, ut predictum eſt, ſecurius cuſtodire va-
leant ; et, ut ad hoc fortius obligentur, Favore
134 proſequi gratioſo ; *Donationes*, *Conceſſiones* et
Confirmationes predictas, et Omnia et Singula in
Carta predicta contenta, RATA HABENTES et
GRATA ; *Ea*, pro Nobis et Heredibus noſtris,

quantum in Nobis, de Gratia noſtra ſpeciali, de *Aſſenſu* Cariſſimi Conſanguinei noſtri *Jacobi le Bottiler* Comitis de *Ormond*, Juſticiarij Noſtri Terre noſtre *Hibernie*, et Concilij Noſtri in eadem Terra noſtra ; **acceptamus, approbamus** ; et, prefatis Civibus, eorumque Heredibus et Succeſſoribus in Perpetuum, Tenore Preſentium, **concedimus** et **confirmamus**
135 prout *Carta* predicta rationabiliter teſtatur. **Preterea**, volentes, prefatis Civibus, eorumque Heredibus et Suceſſoribus, Gratiam in hac
136 parte facere uberiorem ; **Conceſſimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris ; &, hac *Carta* noſtra **Cōfirmavimus**, prefatis Civibus, et eorum Heredibus et Succeſſoribus ; Quod, licet ipſi Cives, aut Anteceſſores ſui, Cives dicte Civitatis *Dublini*, aliqua, vel aliquibus *Libertatibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs*, ac *Immunitatibus* predictis, aliquo Caſu emergente, hactenus plene uſi non fuerint, vel abuſi fuerint ; Ipſi tamen Cives, Heredes et Succeſſores ſui, Cives Civitatis predicte, *Libertatibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs*, et *Immunitatibus* predictis, et eorum quolibet, de cetero, plene GAUDEANT et UTANTUR, in Perpetuum ; Sine *Impetitione*, *Occaſione*, vel *Impedimento* noſtro, vel Heredum noſtrorum, *Loca* noſtra *Tenentium*, *Juſticiariorum*, *Eſcaetorum*, *Vicecomitum*, *Seneſcallorum*, *Ballivorum*, ſeu *Miniſtrorum*, vel *Officiariorum* noſtrorum, aut Heredum noſtrorum quorumcunque ; aliquibus *Statutis*, vel *Ordinationibus*, inde in Contrarium factis,
137 non obſtantibus : **Hiis Teſtibus**, venerabilibus *R.* Archiepiſcopo *Dublinenſi* Cancellario noſtro, *Edwardo* Epiſcopo *Midenſi* Theſaurario Terre noſtre *Hibernie*, *Edwardo Fitz Maurice* Comite *Kildare*, Fratre *Willielmo Fitz Thomas* Priore *Hoſpitalli Sancti Johannis Jeruſalemenſis* in *Hibernia*, et alijs : **Datum**, per Manum prefati

prefati *Juſticiarij* noſtri, Terre noſtre, predicte, apud Villam dell *Naas*, viceſſimo octavo die
138 *Januarij*, Anno Regni noſtri qninto. **Nos** autem, *Donationes*, *Conceſſiones*, et *Confirmationes* predictas, et Omnia et Singula in *Cartis* et *Litteris* predictis Contenta, RATA HABENTES et GRATA ; *Ea*, pro Nobis et Heredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, de Gratia noſtra ſpeciali ; **acceptamus, approbamus**; et, prefatis Civibus, eorumque Heredibus et Succeſſoribus in Perpetuum, Tenore Preſentium, **Concedimus** et **Confirmamus** ; prout *Carte* et *Littere* predicte rationabiliter
139 teſtantur : **Preterea,** Volentes, prefatis Civibus, eorumque Heredibus et Succeſſoribus, Gratiam, in hac Parte, facere uberiorem ; **Conceſſimus**, pro Nobis et Heredibus noſtris ; et, hac Carta Noſtra, **Confirmavimus**, prefatis Civibus, et eorum Heredibus et Succeſſoribus, Civibus de Civitate predicta ; Quod, licet Ipſi, aut Anteceſſores Sui, Cives dicte Civitatis *Dublini*, aliqua, vel aliquibus *Libertatibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs*, et *Immunitatibus* predictis, aliquo Caſu emergente, hactenus plene *uſi* non fuerint, vel *abuſi* fuerint ; Ipſi tamen Cives, Heredes et Succeſſores Sui, Cives ejuſdem Civitatis, *Libertatibus*, *Quietantijs*, *Privilegijs* et *Immunitatibus* predictis, et quolibet eorundem, de Cetero, *plene* GAUDEANT et UTANTUR, in Perpetuum ; abſque *Impedimento*, *Occaſione*, ſive *Impetitione* Noſtri, vel Heredum
140 noſtrorum, *Juſticiariorum*, *Eſcaetorum*, *Vicecomitum*, aut aliorum *Ballivorum*, ſeu *Miniſtrorum* Noſtrorum, vel Heredum noſtrorum quorumcunque : **Hiis Teſtibus**, venerabilibus Patribus, *H.* Archiepiſcopo *Cantuarienſi* totius *Anglie* Primate, *J.* *Bathonienſi* et *Wallenſi* Cancellario noſtro, *W.* *Lincolnienſi* et *W.* *Sa-*

riſburienſi, Epiſcopis ; Cariſſimo Avunculo
noſtro *Humphredo Glouceſtrenſi*, et Cariſſimo
Conſanguineo noſtro *Johanne Norffolcie*, Duci-
bus ; Cariſſimis Conſanguineis noſtris, *Johanne
Huntingdon*, *Henrico Northumberlandie*, et *Wil-
lielmo Suffolcie* Seneſcallo Hoſpicij, Comitibus ;
Dilectis & Fidelibus noſtris *Radolpho Crumb-
well* Theſaurario noſtro *Anglie*, et *Radolpho
Botiler* Camerario noſtro, Militibus ; Dilecto
Clerico noſtro *Willielmo de Wode* Cuſtode privati
Sigilli noſtri, et alijs : **Datum**, per Manum
noſtram, apud *Weſtmonaſterium*, viceſſimo die
141 *Maij*, Anno Regni noſtri viceſſimo. **Nos**,
Premiſſis conſideratis, ad *Requiſitionem* COM-
MUNIUM Terre noſtre HIBERNIE, in PARLIA-
MENTO noſtro, apud Le *Naas*, *Die Veneris*,
proximo poſt Feſtum *Sancti Barnabe* Apoſtoli,
Anno Regni noſtri primo, coram dilecto et
fideli noſtro *Thoma Fitz Maurice* Comiti *Kil-
dare* JUSTICIARIO noſtro Terre noſtre *Hibernie*,
inchoato et *tento* ; *Litteras* predictas *Patentes*,
ac Omnia et Singula in eiſdem contenta, RATA
HABENTES et GRATA ; *Ea*, pro Nobis et Heredi-
bus noſtris, quantum in Nobis eſt, de Gratia
noſtra ſpeciali, de ASSENSU prefati JUSTICI-
ARIJ, ac DOMINORUM SPIRITUALIUM
et TEMPORALIUM, ac COMMUNIUM
Terre noſtre predicte, in PARLIAMENTO no-
ſtro predicto, exiſtentium, et AUCTORITATE
ejuſdem, **approbamus** et **Confirmamus** ;
Et, quod Major et Cives Civitatis *Dublini*, et
eorum Succeſſores, in Perpetuum, predictas
FRANCHESIAS, et LIBERTATES, predictis *Litteris
Patentibus* concorditer in Omnibus et Singulis
Articulis, HABEANT et OCCUPENT, ac eis GAUDE-
142 ANT. ULTERIUSQUE, ex ASSENSU et AUCTO-
RITATE predicta, dictas *Litteras patentes*, tam
Bonas et *Sufficientes* **adjudicamus** et **reputa-
mus**, ac ſi eaſdem *Litteras*, nec non dictas LI-
BERTATES

BERTATES

BERTATES et FRANCHESIAS, predictis Majori et Civibus, eorumque Succeſſoribus, ſub Magno Sigillo *Anglie* conceſſerimus de Novo, in Perpe-
143 tuum: IN cujus rei **Teſtimonium**, has *Litteras* Noſtras fieri fecimus *Patentes*: **Teſte** prefato JUSTICIARIO Noſtro, apud DUBLINUM, quinto die *Maij*, Anno Regni noſtri, Secundo.

Per Petitionem de PARLIAMENTO.

F I N I S.
